

Rome, 15 juin 1621. Bellarmin à Pierre Cussemius.

2422

/ Admodum Reverende, et eruditissime Domine. Gaudeo vehementer, quod librum scripseris in gratiam Serenissimi Domini Ducis Saxoniae. Utinam per eum librum inspiret Deus fidem catholicam tam magno Principi; ut quemadmodum in terris conjunctus est vinculo humanae familiaritatis cum Principibus catholicis, sic aliquando, verae fidei dono accepto, inveniatur cum iisdem in regno coelorum. De praepositura aliqua istic obtinenda satis diu sollicitus fui, sed nulla data est mihi occasio, et jam fere despero, cum aetas mea vergat ad finem, et saepe accidat, ut nuntii ejusmodi vacationum ad magis divites, quam ad magis meritos praecurrant; sed et spero, te jam ita profecisse in amore Dei, et futurorum bonorum, ut paupertatis Domini Nostri Jesu Christi magis amator sis, quam divitiarum ecclesiasticarum. Cupio te bene valere, et mei meminisse in sanctis precibus tuis. Romae die 15 Junii 1621.

---

15 Epist. famil. CLXXXIII.